



1. Gudius / Gotts. fai. / vindicat
 Johannis dicta pro universalis
 2. pauperitatem Salvandorum, et
 gratia
 3. Nathanaelem a Patrie
 sua contentum, Lipsiae 1746.
 4. Huth / Carp. fai. / programma
 exspectati, v. 3. Regonilorum
 spes viva per Resurrectionem
 Christi, Coloniae 1746.
 5. Kappi / Joh. Erh. / Allocutio
 nei parantice, Lipsiae
 1746.

6. Hierling f. Joh. Rudolphi. / pro-
gramma ex Regum 22. v. q. de
confusione divino ab fundatione
Achaie in terram, Lipsiae 1746.
7. Kirchordens. Christoph. Auer /
diff. in qua initium tract. nro ex
Gemara Peabystoniam transferitur.
june 1746.
8. Pfaff f. Christoph. Matth. / diff.
de precibus Christi pro fide
Petri, ne deficeret fides.
tubingae 1746.
9. ————— diff. de vera iuramentorum
notione, tubingae 1746.
10. ————— diff. de eo quod licitum
est circa picturam maginum
S. S. Trinitatis et personarum
divinarum, tubingae 1743
11. ————— diff. in verba Christi,
Sime ne nihil potestis facere,
tubingae 1746.
12. Reinhardi f. Laur. / diff. de
theologie thaumaturgice genuino
fundamento, june 1746.

13. Schwartz f. Chri. Gottfr. / diff. de
foro Appij et tribus Tabernis.
Aleroffi 1746.
14. Stenler f. Dr. / sicut iobum
theologum tractatibus pro.
Ratum, Lipsie 1746.
15. Teller f. Romani / diff. de Levi
cum Methodo non confundens.
do, Lipsie 1746.
16. Walek f. Chr. Wilh. Franc. / diff.
de Deo Eboracum montane
jude 1746.
17. Weickhman f. Joach. Sam. / diff.
sistens causas modestae Angelorum
bonorum in ipso coetu sanctiori
violate, Wittenberge 1746.
18. —————— diff. de sempiterna
Gentium profecerum felicitate,
Wittenberge 1746.
19. Weismann f. Chr. Eberh. / diff.
exponens Dei invisibilis visio,
nem Beatificam, tubinga
1746.

20. Wahl s. f. a. Aug: diff. fiducias
pleniorum ad fidei confessionem iuris
Amortizationis Helv. Stadij 1796.
21. Pertsch s. ioh. Georgij / Observatio-
nes de iure Amortizationis.
Helv. Stadij 1795.
22. — de Burzgravijs Normibus.
genibus. Helv. Stadij 1795.
13. diff. 3 pieces ^{van} _{uit} acht
verguld en gemaakte v. b.
in hofd. van Drenthe ge-
lezen.
23. programma Academiae Witten
Berzensis pietas parrocchialis.
Witten Berze 1795.
24. programma Academiae Lippensis
in memoriam Resurrectionis
Christi, Lippis 1796.
25. — ad feria pentecostalia, Lippis
1796.

26. Wolly f. Christoph. f. diff. de
pontifice Christianorum maximus
sedate ad Hebre VIII. c. 1.2.
Lipſia 1746
27. Deyling f. Falan. f. programma
de Superstitione erga Virginem
marianam Lipſia 1746.
28. Wolly f. Christoph. f. diff. de
potestate populari vocis
ARCHEIAC in scriptura S. N. T.
Lipſia 1746.
29. ————— diff. de theologia
politico, Lipſia 1746.
30. Kierling f. ioh. Rudolph. f. diff.
de Divina iesu ad iudeos Lega-
tione, Lipſia 1746.
31. Zeibich f. ioh. Haar. f. diff. de
prelio mortis sanctorum in
oculis domini, Wittenbergae
1746.
32. Genskel / Georgij petri. f. diff. de
Evagio Ruyia. Saiba, 1746.
33. Semler f. ioh. fil. panimodversiones in
quedam opera in la Metzg. Halle 1746.

12

DE
THEOLOGIAE
THAVMATVRGICAE
GENVINO FUNDAMENTO
ET
RECTA CONSTITVTIONE,
IN SIGNIBVS ITEM VTILITATIBVS,
COMMENTATIO.

AVCTORE
LAVRENTIO REINHARDO,
S. S. THEOLOGIAE DOCTORE,
ECCLESIAE BVTSTADIENSIS PASTORE PRIMARIO,
EIVSQVE AC VICINARVM SVPER-
INTENDENTE
SOCIET. LAT. IEN. ET TEVTON. GOET-
TING. COLLEGA

IENAE
APVD IOH. CHRISTOPH. CROEKERV.M.
M DCC XXXVII.



DE
THEOLOGIAE
THAMATURGICAE
HISTORICO-HYDRAULICO-
PHYSICO-COMMENSALISTICO-
CONSTITUTIONALISTICO-
CIVILISATIONALISTICO-
COMMUNICATIO-

VARIA OPTIMA
AD HABENDA
IN LIBRARIIS
SIBI CONVENIENTIIS
PRAESENTIA
AD AIDENFARUM SUPER
TITULIS
IN LIBRARIIS
SIBI CONVENIENTIIS
PRAESENTIA

AD ID HABENDA
IN LIBRARIIS
SIBI CONVENIENTIIS
PRAESENTIA

IVRECONSULTIS
ET DIGNITATE ET DOCTRINA ILLVSTRIIBVS
D. GODOFREDO NONNIO,
SEREN. DVCIS SAXONVM VINAR. ET ISENAC.
AB AVLAE ET SVPERIORIS REGIMINIS
CONSILIIS

IO. SEBASTIANO KOBIO,
SEREN. DVCIS SAXONVM HILDBVRGHVS. AB
AVLAE, REGIMINIS ET CONSISTO_R
RII CONSILIIS:

ITEMQVE
THEOLOGIS SVMME REVERENDIS,

IO. ADAMO LOEWIO,
SEREN. DVCIS SAXONVM GOTHANI CONSI-
LIARIO CONSISTORIALI ET SVPER-
INTENDENTI ECCLESiarVM
GENERALI,

IO. CHRIST. SCHMIDIO,
SEREN. MARCHIONIS BRANDENBURGICO - BA-
RVTHINI A CONSILIIS ET ORATIO-
NIBVS SACRIS:
VIRIS SUBLIMIORIS THEOLOGIAE PERITISSIMIS:
HOC SCHEDIASMA THEOLOGICVM
PLANE NOVVM
HONORIS ET OBSERVANTiae CAVSSA
D. D. D.
CVLTOR EORVNDEM PERPETVVS

D. LAVRENTIVS REINHARDVS

D. FARENTHIAS RHINHARDAS

Q. I. T. E. R. V. A. D. H. E. R. T. A.

HOMINES SI. OPISTAVITAE CIVITATI

W. D. O.

D. GODFREDO NONIO.

SEREN DAVIS SAXONIA AVAR ET PENDA

VE VAFAT ET EXALATIONE DEO INNENS

ODISSEIUS

SPEREN DAVIS SAXONIA MUNDARACHAS VE

VAFAT RODOMINE ET CONSISTO

RIE CONSISTO

ITEMONE

THEOLOGIS SUMME REAVERENDIS

IO. ADAMO LOEWIO.

SEREN DAVIS SAXONIA GOTHANI CONS

TIARES CONSISTORIAL ET SAPER-

INTENDENTI ECCLSIARIAM

GENSITI

IO. CHRIST. SCHMIDIO.

SEREN MARIANUS AVUNDINABRETO. AV.

RUMINI CONSISTO ET ORATIO.

WIBA SCCRIS

WIBA SCCRIS THEOLOGIAE PRETITISSIMIS:

WIBA SCCRIS THEOLOGIAE THEOLOGICAM

WIBA SCCRIS THEOLOGIAE CIVITATI



I. N. I.
SECTIO I.
DE GENVINO THEOLOGIAE
THAVMATVRGICAE FVNDAMENTO.

§. I.

Theologia Thavmaturgica est illa Exegeticae Theologie pars, quae monstrat rationem veram, ex mystico miraculorum Christi sensu demonstrandi praecipuos fideli articulos, hosque egregie illustrandi.

§. II.

Miracula Christi habent omnes diuinorum miraculorum characteres. Namque

- α) finitas rerum creatarum vires superant.
- β) pro circumstantiarum proportionibus

6

* * *

sumnum habent argumentum histori-
cum.

- v) eorum effectus diuturnitatem suam sen-
sibus omnium exhibuerunt.
- d) exseruerunt sese in iis mediis externis,
quorum vires sunt alias notae omnibus.
- e) sanctos atque grauissimos habuerunt fi-
nes.
- g) fuerunt sigilla maiestatis diuinae.
- n) confirmarunt sanctissimae religionis dog-
mata, et nexus cum iisdem habuerunt
arctissimum. Vid. *Theol. mea Natur.*
part. I. cap. 5. §. 7. 8. 9.

§. III.

Duo praecipue momenta in singulis Chri-
sti miraculis probe ponderanda sunt, nimi-
rum

- i. *veritas miraculorum historica*; quae ne-
que ab ipsis gentilibus temere fuit nega-
ta. Id quod confirmarunt b. D. Mart.
Chladenius in *Theol. Exeget.* p. m. 136. sq.
b. Tobias Eckhardus in *Non-Christiano-*
rum de Christo testimoniis, celeb. Io. Henr.
a Seelen in *bist. Passion. Christi testimon.*
gentilium confirmata, et celeb. Anglus,
Natha-

Nathanael Lardnerus, in historia Euan-
gelica gentilium testimoniis corroborata.
2. *sensus miraculorum mysticus.*

§. IV.

Non equidem ignoro, impias fouisse de mystico miraculorum Christi sensu opiniones *Wilhelnum Woolstonum*, laruatum apud Anglos Iudeum, qui in libro *de miraculis Salvatoris*, Londini an. 1727. edito, temere indicauit, miracula Christi, in sensu litterali accepta, non esse opera Messia digna, sed narrationes Euangelistarum de iisdem esse metaphoricas et parabolicas descriptiones operationum mysticarum, in mentibus hominum a Christo perficiendarum. Verum non necio, quanto eruditionis theologicae adparatu eundem binis in dissertationibus confutauerit S. R. D. Christ. Gottlibius Ioecherus, eximium celebratissimae academie Lipsiensis ornamentum.

§. V.

Neque mihi latet, virum maxime reuerendum *Gottlobium Fridericum Gudenium* in peculiari commentatione mysticam miraculorum Christi interpretationem oppugnandam

dam sibi sumisse; at notum est omnibus,
quam erudite ipsi responderit b. D. Io. Iac.
Rambachius in singulari *commentatione epi-*
stolica, an. 1730. edita.

§. VI.

Fac, quaeso, amice lector, *Campegium Vi-*
tringam et Frid. Adolphum Lampium in eru-
enda mystica illa interpretatione suo ingenio
nonnumquam indulgere nimium; non tamen
totum illorum negotium sacrum, quod cedit
in laudem infinitae Saluatoris sapientiae, in-
genii humani lusibus inanibus temere quis-
quam accensebit.

§. VII.

Licet igitur a praestantissimis viris, qui
adhuc exegiticae theologiae institutiones fo-
ras dederunt, nominatim a

1. *D. Ioanne Reinhardo,*
 2. *D. Augusto Pfeiffero,*
 3. *D. Valentino Ernesto Loeschero,*
 4. *D. Martino Chladenio,*
 5. *D. Io. Iacobo Rambachio, et*
 6. *D. Sigismundo Iac. Baumgartenio,*
 7. ac *D. Joach. Langio,*
- hoc de thaumaturgica theologia caput peni-
tus

* * *

tus fuerit neglectum ; ego tamen , firmissimis
innixus fundamentis et insignibus huius do-
ctrinae utilitatibus conuictus , peculiarem san-
ctoris disciplinae partem constituo *Theolo-
giam Thavmaturgicam* , et ex ea totum *dogma-
tice theologiae* sistema illustrari posse publi-
ce profiteor .

SECTIO II.

RECTA THEOLOGIAE THAV-
MATVRGICAE CONSTI-
TVTione.

Exhibeo hic ordinem locorum theologico-
rum *Theologiae Thavmaturgicae* , secun-
dum seriem articulorum fidei in *institutioni-
bus theologiae* meae *dogmaticae* conspicuam ,
ratus , omnes fidei articulos ex mystico mira-
culturum Christi sensu posse et confirmari et
illustrari .

I. *de scriptura sacra* , et diuinae reuelatio-
nis necessitate . Matth . 9, 27. sqq. et cap.
20, 30. sqq. Luc . 18, 31. sqq.

II. *de mysterio sacrosanctae Trinitatis* Marc.

B

7,





7, 34. vbi Christus ad Patrem orans conspicitur, et commate 32. baiuli a Spiritu S. impulsi dicuntur: nec non Ioan. 4, 21. 22. 23. vbi verba Christi in miraculosa feminae Samaritanae conuersione sunt memorabilia. Conf. Matth. 17, 4. 5. coll. Matth. 3, 16. 17.

III. *de creatione.* Ioan. 2, 1. sqq. et alibi: nam omnia miracula Christi sunt opera, quae similitudinem habent cum opere creationis; vti demonstratum dedi in *institutionibus meis theologiae naturalis* part. i. cap. 5. §. 6. 7. 8.

IV. *de angelis malis;* quorum existentiam et operationes illustrare solent Christi miracula, quibus corporali diabolorum obfessione pressos vindicauit in libertatem. *De angelis bonis autem Matth.* 4, II.

V. *de prouidentia diuina*

1. *speciali* circa sustentationem hominum Ioan. 6, 1. sqq. circa terminum vitae Ioan. 4, 47. sqq.

2. *specialissima* circa fideles Luc. 5, 1. sqq.
et

et circa totam ecclesiam Matth. 14,
15-fin.

VI. de imaginis diuinae amissae restauratio-
ne. Matth. 14, 13. 14. Marc. 7, 31. sqq.

VII. de peccato originali. Ioan. IX, 1. Marc.
9, 21.

VIII. de statu peccati et viribus liberi arbitrii. Luc. 14, 2. sqq. 18, II. 12. 21. Conferantur ad haec loca, quae scripserunt Theodorus Antonides et Campegius Vitrina de miraculis Christi.

IX. de gratia Dei vniuersali Matth. 8, 16.
et 9, 36. 37. Marc. 6, 54. sqq.

X. de Christo, huiusque

a) *statu duplici.* Matth. 17, 1. sqq.

b) *officio sacerdotali*, et in hoc de Christi satisfactione seu expiatione Matth. 8, 16. sqq. Conf. S. R. D. Verpoortenii diff. in h. l. et intercessione, Marc. 7, 30. 31. 32. et benedictione Luc. 5, 1. sqq. Ioan. 6, 1. sqq. Marc. 8, 1. sqq.

v) *officio prophetico*, quod singula eius miracula demonstrare solent: sunt enim ita comparata, ut arctissimum cum eiusdem dogmatibus (*) habent nexus.

d) *officio regio*, in regno naturae Ioan. 2, 1. sqq. Matth. 8, 28. sqq. Ioan. 2, 15. sqq. Luc. 19, 45. sqq. Ioan. 6, 17-23. in regno gratiae Ioan. 9, 1-18. Marc. 7, 30. sqq. in regno gloriae Matth. 17, 1. sqq. Ioan. 21, 9-15.

XI. *de gratia medicinali* in genere. Matth. 12, 10. sqq. et speciatim a) *gratia vocante*. Matth. 4, 18. sqq. 8, 19. sqq. itemque praeueniente et praeparante Matth. 21, 1. sqq.

b) *gratia illuminante*. Matth. 9, 27. sqq. Luc. 18, 31. sqq. Matth. 20, 30-fin. itemque de discrimine inter illuminatio-

(*) Videatur Philosophische Untersuchung der Verknüpfung, die sich zwischen den Lehre und den Wunderwerken Jesu Christi findet; quod scriptum ex Anglicana lingua transluit, et memorabili praefatione instruxit clarissimus theologus Dresdensis, Maur. Car. Christ. Wogius.

nationem perfectam et imperfe-
ctam (**), Marc. 8, 23. sqq.

- γ) gratia *conuertente et regenerante*, et
sic veram *poenitentiam* operante.
Matth. 9, 1. sqq. et v. 9. sqq. Luc. 23,
40. sqq. et c. 19, 1. sqq.
- δ) gratia *iustificante*, in locis modo ex-
citatis : specialissime *de purificatio-*
ne cordis Matth. 8, 1. sqq. Luc. 17, 11.
sqq. et *adoptione* Matth. 9, 2. et cer-
ta exauditione precum filiorum Dei
Matth. 9, 20. sqq. et 15, 21. sqq.
- ε) gratia *sanc&ificante*, quam illustrant
 - 1. ordo miraculorum Matth. 8, 1. sqq.
nimirum
 - a) iustificatio Matth. 8, 1-5.
 - b) virium ad vitam sanctam lar-
gitio Matth. 8, 5-14.
 - 2. monstrata necessitas fidei conti-
nuae ad victoriam de hostibus ani-
mae

(**) Vid. *Theol. mea Dogmatica* lib. 5. cap. 2. §. 4. p. 214.
edit. tertiae



mae reportandam et perpetranda
bona opera Matth. 17, 15. sqq.

3. monstrata beatitudo poenitentiae
relapsorum Matth. 26, 69. sqq.

ζ) gratia *conseruante* in genere Luc.
XI, 24. sqq. quae etiam complecti-
tur (*) gratiam

1. *praemunientem*. Matth. 4, 1. sqq. et
cap. 14, 29-34.

2. *confirmantem*. Matth. 15, 21-29.

3. *locupletantem*. Marc. 8, 1. sqq.

η) gratia *glorificante*. Math. 8, II. 12.
Matth. 17, 1. sqq. Confer. celeb. D.
W. E. Emaldi Emblem. sacr. m. I.
Obseruat. sacr. 7. et 8. p. m. 85. sqq.

XII. de *verbi diuini* efficacia Ioan. 9, 35-40.
Matth. 8, 14. sqq.

XIII. de efficacia *baptismi* Ioan. V, 2-5. hu-
iisque necessitate non absoluta; sed hy-
pothetica Io. V, 5-15.

XIV. de

(**) Vid. *Theol. mea Dogmat.* part. 5. cap. 8. §. 4. p. 252.
edit. tertiae.

XIV. de nutritione animae sacramentali in
sacra coena. Ioan. 4, 14. 34. Marc. 8, 1.
sqq. Ioan. 21, 9-15.

XV. de ministerio ecclesiastico. Matth. 10, 7.
sqq. Marc. 16, 17. sqq.

XVI. de ecclesia. Matth. 8, 23. sqq. et cap.
14, 15-fin.

XVII. de mediis salutis exsecutiuis, et qui-
dem

a) de morte fidelium. Matth. 9, 23. sqq.

b) de resurrectione mortuorum. Luc. 7,
11. sqq. Ioan. XI, 23. 39. sqq.

c) de iudicio extremo, in quo iudex,
δεδυθεων fidem et *απιστιαν* iudicando-
rum inquiret et diiudicabit. Ioan. XI,
17-46. Matth. 8, 10. II. 12.

XVIII. de ipsa aeterna beatitudine eique
opposita damnatione. Matth. 8, 10. II. 12.
et cap. 17, 1. sqq.

SECTIO



SECTIO III.

DE

IN SIGNIBVS THEOLOGIAE THAVMATVRGICAE VTI- TATIBVS.

§. I.

Declarata a me Theologia Thavmaturgica congrua est sanctissimae intentioni gloriosissimi Saluatoris nostri. Nam ipse Iesus, optimus actionum suarum interpres, passim spiritualem prodigiorum suorum sensum explicuit. e. g. *Luc. V, 10. Ioan. IX, 7. sqq. 39. sqq.*

§. II.

Per hanc doctrinam scriptura sacra euidentissima luce sua radiat, et, iuxta miraculorum Christi veritatem historicam, diuina eius gloria ac summa maiestas perspicue elucescit; vti ostenderunt *Salomo van Till et Ge. Mich. Laurentii in Commentariis suis in Matthaeum et Lucam, et Theodorus Antonides in declaratione miraculorum Christi.*

§. III.



§. III.

Per hanc doctrinam collaudatur infinita Iesu Christi sapientia, quam in patrandis miraculis prodidit. Idcirco quare iis solis prodigiis, quae ipse Saluator interpretatus est. sensus insit mysticus, ne umbra quidem eius reliquis, nulla certe causa rationabilis fingi potest vel excogitari.

§. IV.

Haec etiam doctrina mira dulcedine demulcit animum Christiani pie scrutantis sacram codicem, qui arcanum miraculorum Iesu nucleus adpetit. Ideoque non tantum omni caret periculo, sed etiam Christianae religioni decori est ingenti et ornamento splendidissimo.

§. V.

Haec doctrina mirifice illustrat et dilucide corroborat totam *Theologiam Systematicam*, qua nihil est ad iuuandum verum Christianismum aptius, nihil adcommodatius. Vid. b. D. Io. Henr. Maji, theologi Giessensis, *Theologia Christiana*.

C

§. VI.



§. VI.

Pertinet haec quoque doctrina ad amplificandam interpretationem sacrarum litterarum historicam; de qua *interpretatione historicā* in singulari dissertatione exposuit celeb.

D. Christ. Aug. Heumannus, theologus Goettingensis. Quis enim negabit, morbos et defectus naturales, quos Iesus sanauit, fuisse imagines morborum defectuumque spiritualium? Quis negabit, beneficia Christi, in miseros istos homines collata, fuisse imagines spiritualium beneficiorum, quibus morbi nostri spirituales tolluntur, et vitae spirituallis incrementa sustentantur?

§. VII.

Pertinet quoque haec doctrina ad tuendas praerogatiwas miraculorum Christi prae miraculis Mosis aliorumque virorum sanctorum veteris testamenti. Si enim plurima eorum prodigia (id quod *b. D. Rambachius in comment. de sensus mystici criteriis §. 5. p. m. 21. adseruit*) mysticas suas habuerunt significaciones, non posthabita veritate illorum historica; multo magis hoc de miraculis Christi, quae *Ivan. IV, 48.* *σηκεία καὶ ἡγέτη* dicuntur, erit concedendum.

§. VIII.

IV. 2

§. VIII.

Denique haec doctrina pertinet ad corroboranda Prophetarum vaticinia de prodigiis Christi. Namque Prophetae V. T. in beneficiis regni Messiae describendis saepe eiusmodi adhibent loquendi formulas, quae a miraculis optimi Messiae desumptae sunt. e. g. Ies. XXXV, 5. 6. 7.

§. IX.

Et sic insignes thavmaturgicae theologiae vtilitates tum genuinum eius fundamentum tum rectam eiusdem constitutio-
nem stabiliunt.

S. D. G.



200 bestimmt ist. Aber
durch die Tatsache, dass
die Tiere nicht mehr
bestehen können, dass
es sich um eine Menge
von Tieren handelt, die
nicht mehr bestehen
können.

201 bestimmt ist. Aber
durch die Tatsache, dass
die Tiere nicht mehr
bestehen können, dass
es sich um eine Menge
von Tieren handelt, die
nicht mehr bestehen
können.



CC (10) 80
OPUSCULUM VI.

Primum

et 13.



01 A 6563

13



DISS
THE



12

D E
**THEOLOGIAE
 THAVMATVRGICAE
 GENVINO FVNDAMENTO**
 E T
**RECTA CONSTITVTIONE,
 INSIGNIBVS ITEM VTILITATIBVS,
 COMMENTATIO.**

AVCTORE
LAVRENTIO REINHARDO,
 S. S. THEOLOGIAE DOCTORE,
 ECCLESIAE BVTTSTADIENSIS PASTORE PRIMARIO,
 EIVSQVE AC VICINARVM SVPER-
 INTENDENTE
 SOCIET. LAT. IEN. ET TEVTON. GOET-
 TING. COLLEGA

I EN A E
 APVD IOH. CHRISTOPH. CROEKERV.M.
 M DCC XXXXVI.